Actores affictationi ac Contentis Citationis inhaerendo sup praedicto Citato et bonis eius omnibus Luenam taxae in citatione expressae decernit et actori adiudicat Decreti pntis Vigore.

Dolega Evasio.

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Clo con Lesnowolski Branscen Capitaneus Vobis Nobilibus Alberto olim Jacobi et Stanislao filio eiusdem Alberti dolega Simoni olim Martini Dolega et aliis haeredibus de dolegi de persona bonisq vestris omnibus Vigore Regio et no Capitan authoritate mandamus ut in Judiciis Vigore Constitutionum Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi primi Sub tempus motionis Generalis bellicae Sancitis feria Secunda post datam pntis citationis proxime in Curia Regia Branscen celebrandis personate et peremptorie compareatis Ad instantiam Instigatoris Judicii nostri et eius delatoris Nobilis Martiani olim Stanislai Szepietowski Camerarii Terrestris Bielscen qui vos inhaerendo Constitutioni Anni 1621 de expeditione bellica Sancitae et in Conventu Generali Warsavien reassumptae in Vim termini tacti peremptorie citat ideo quia vos per Violentam pecorum immissionem pecudumq comitatorum et incomitatorum Siligines ad capsulas Viginti prati ad Currus decem citra vel ultra in bonis Szepietowo Zaki et Dąbrowa Gogole depabulastis et in nihillum redegistis quod sibi taxat contra vos ad Centum marcas poloni per quod poenas legum eo nomine Sancitas succubuistis ad quas super vobis decernend et obtinend Citamini Judicialr estis termini huius attentatum et responsum Datum in Curia Regia Branscen feria Secunda ante festum praesentationis Beatae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Memorata pars Citata Supra nominatam partem actoream ac officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Przyszenski iudicialiter citatam et non comparentem in evasione sua citationis et Causae iudicialr condemnavit ter et ultra iuris formam Vicibus quatuor.

Brzozowski Evasio

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Clo con Lesnowolski Branscen Capitaneus Tibi Nobili Laurentio olim Jacobi Brzozowski in Brzozowo antiquo haeredi de persona bonisq tuis omnibus mandamus et in Judiciis Vigore Constitutionum Anni 1621 primi Sub tempus expeditionis Gnlis bellicae Sancitis feria Secunda post datam pntis Citonis proxime in Curia